

Cap. II. THRACIA.

Hij (rūs Luvdiā) Thracia proxima est, eaque a Pontici lateris fronte usque in Illyrios penitus immissa, qua latera agit. Istro pelagoque con-

Pomponii Melae:
de Situ Orbis.
Liber II. Cap. II

tingitur. Regiones caelo laeta, nec solo; et nibi nisi qua mari proprior est, infecunda, frigida, eorumque, quae seruntur, maligne admodum patiens, raro usquam pomiferar arbores, ritem frequentius tolerat; sed nec alijs quidem fructus naturat ac mitigat, nisi ubi frigora obiectus conditum cultores arcuere.

Vix benignius abit; non ad speciem tamen; nam et illis asper atque indecens corporum habitus est: ceterum ad ferociam et numerum, ut mulbi nimisque sint, maxime ferax. Paucos annos, qui in pelagi errant, rerum celeberrimos, Hebrew et Nestor et Ibyrus emittit.

Montes interior adholtib, Haemon, et Rhodopen, et Orbelon, sacri Liberi patris, et apetu Maenadum, Orpheo primum initiantur, celebratos.

Equis Haemos in tantum altitudinib abit, ut Euxinum et Hadriani ex summo vertice ostendat.

Ungens Thrases, habitant, aliis aliquique praediti et nominibus, et moribus.

Quidam feri sunt et ad mortem paratiissimi, Getae utique. Id varia opinio persistit; alii reddituras putant animas obenuntium: alii, etsi non redeant, et non extinguitamen, sed ad beatiora transire: alii, emori quidem, sed id melius esse, quam vivere.

Itaque lugentur apud quosdam puerperia, natique deflentur, (an odoubrū)

2
funera contra festa sunt, et, veluti sacra, cantu quoque celeb
brantur.

Ne feminis quidem segnis est animus.

Super mortuorum virorum corpora intersici simulque
sepeliri, rotum eximum habent: et quia plures simul singulis
nuptiae sunt, cuius id sit decus, apud indicatores magno
certamine affectant.

Moribus datur, estque maxime laetum, cum in hoc contenditur,
vincere.

Moverent aliae vocibus, et cum acerbissimi planctibus effarent,
At quibus consolari eas animus est, arma operae ad rogos deferunt
parati que (ut dictitant) cum fato iacentibus si detur in manus
vel pacisci, vel decernere, ubi nec prognal, nec pecuniae locu
sit, manent dominas proci.

Nuptiae virginis non a parentibus viris traduntur, sed publice
aut locantur ducendae, aut venient.

Otrum fiat, ex specie et moribus causa est,

Probac formosaeque in partio sunt: ceteras qui habeant,
mercede quaeruntur.

Vini usus quibusdam agnotus est: epulantibus tamen ubi
super ignes, quo circumcidunt, quadam semina ingesta
sunt, similis ebrietati hilaritatis ex nitore contingit.

In litoribus Istro proxima est Istropolis; deinde a Milesiis
deducta Callatis; tum Tomae, et portus Caria, et
Tiristis promontorium: quod praeter rectos alter Ponti
angulus accipit, adversus Phaselaco, et, nisi amplior
foret similis, Fuit hic Bizoni; mobus terrae intercidit.
Est portus Crunois: urbes, Dionysopolis, Odessos, Mesembria,
Anchialos; et intimo insinu, atque ubi Pontus alterum sui
flexum angulo finit magno, Apollonia.

Recta deinceps ora, nisi quod media ferme in promontorium;
(anodordū)

29

Thyniam vocant, exibit, et incurvij contra se litoribus obtenditur,
urbesque sustinet Halmydesson, (sic) et Phileas, et Phinopólim,
Hachenus Pontus. Deinde est Bosphorus et Propontis: in Bosporo,
Byzantium: in Propontide, Selymbria, Perinthos, Bithynia: amnes
que, qui interfluent, Erginos et Athyras: tum Rheo regnata
quondam pars Thraciae, et Bisanthe Samiorum, et ingens ali-
quando Cypsela: post locus quem Graii Mangor τεῖχος adpel-
lant, et in radicem magna paene insulae sedens Lysimachia.
Terra quae sequitur, nusquam lata, atque hic artissima
inter Hellespontum Aegaeumque procumbit. Angustias Isthmu
frontem eius Mastusiam; totam Chersonesum adpellant: ob
multa memorabitem. Est in ea flumen Aegor, naufragio
classis Atticæ insigne. Est ad Aegro obiacens Sestos,
Leandri amore pernobilis. Regio, in qua Persarum exer-
citus devitas spatio pelagiæ terras, ausus pontibus
iungere mirum (atque mirum ac inus!) ex Asia in Graeciam
pedes et non navigata maria transgressus est. Sunt Protesilaüs
ossa, consecrata delubro. Est et portus Cœlos, Atheniensibus,
et laedæmoniis, parati alie decernentibus, Laconicae classis
signatus excidio  Cynos sema, tumulus Hecubae, sire ex
figura canis, in quam conversa traditur, sire ex fortuna, in
quam deciderat humili nomine accepto. Est Madytos: est Elenus,
quae finit Hellespontum.

Negaeum statim pelagus raste longum litus impellit, submoetasque
terras hinc ad promontorium, quod Iunium vocatur, magno ambi-
tu mollique circumagit. Si tractum legentibus praere-
cisque Mastusiam, sinus intrandus est, qui alterum
Chersonesi latus adluens, in quo facie vallis includitur, et ex
fluvio, quem accipit, Melas dictus, duas urbes amplectitur,
Alapeconnesum, et in altero Isthmi litora sitam Cardiam:
extinta est Aenos, ab Aenea profugo condita: circa Hebrum
(anodordis)

Ciceronis: ¹⁰ trans eundem Dorissos, ubi Xerxes copias suas, quia numero non poterat, spatio mensuram ferunt: deinde promontorium Serratum, et, quo canentem Orpheo secuta narrantur etiam nemora, Zone: tum Schoenae fluvius, et ripis eius adiacens Maronia. Regio ulterior Diomedem tulit, immannibus equis mandendo, solitum obiectare adrenas, et iisdem ab Hercule objectum. Turriz, quam Diomedis vocant, signum fabulae remanet: et urbis, quam soror eius suo nomine nominariit, Abdera; sed ea magis id memorandum habet, quod Dexeritum Physicum tulit, quam quod ita condita est. Ultra Nestos fluit interque eum et Strymona urbes sunt Philippi, Apollonia, Amphipolis, inter Strymona et Athos, turris Calarnaea, et Kainopou Liphne, urbs Acantos et Echygnia: inter Athos et Pallenen, Cleona et Olynthus. Strymon (sicut diximus) aenarius est, longeque ortus et tenus, alienis subinde aquis sit amplior, et, ubi in longea mari lacum fecit, maiore, quam venerat, alreo exumpit. Athos mons est adeo elevatus, ut credatur albius etiam, quam unde imbre cadunt, surgere. Capitopinio sicutem, quia de aris, quas in vertice sustinet, non abluitur cinis, sed, quo relinquuntur aggere, maneb. Ceterum non promontorio, ut alii, verum totus et toto longe dorso procedit in pelagus. Qua continentis adhaeret, a Xerxe in Graib tendente per possus transiugatusque est, et factus fretum navigabili perrivus. Ima eius tenet parvae Pelasgorum colonias. In summo fuit oppidum Acroathos, in quo (ut ferunt) dimidio longior, quam in aliis terris, aetate habitantis erat. Pallene, solita tam patentis, ut quinque urbium sedes sit atque ager, tota in album abiit, angusta satis, unde incipit. Ibi est Pohidaea: ab ubi laxius patet Mende Scioneque referenda; illa ab Eretria, haec ab Achini, capto illa Illo remeantibus, posita.